et corpore sed dm incorpore solo; scito quo implent mensuram iudeorum patrum suorum. Nam et illi hominem secrucifixisse dicebant ad aptos: ecce enim impleuistis hierusalem doctrina ura et uultis induce re super nos sanguinem huius hominis: si enim homo purus est pas sus dimitto quia nos mori hominis non di saluabit; sed dico. Iudaei tale peccatum fecerunt quale fecit qui hominem occidit non dm. quando uidet eos persequentes et facientes omnia quae diximus: non miretis: implent enim mensuram iudaeorum et gentilium patrum suorum. serpentes germina uiperarum. quomodo fugietis. a iudicio gehennae. sicut serpentes prae omnibus animalib; astutiores sunt. et astutia eorum non in bono sed in malo. hoc enim semper adiuuant. quomodo aliquem mordeant. et cum mordent. quo modo se occultent. sic et homines ypocritae astutiores sunt ceteris hominib; simplicter uiuentib; sed in astutia sua cogitant quomodo aliquem lędant. et cum laeserint. ita simplicter ambulant. quasi qui neminem nocuerint. Germina uiperarum superius diximus de iudaeis quo per singulas generationes inuicem sua facta condemnabant et semper patres repraehendebant. a filiis suis. Item filii ~~suis~~ repraehendebantur a patribus suis. Ideo ergo eos uiperae similauit. quo talis est uiperarum natura. quando conceperint in utero matris. Natorum rumpunt uterum matris. et sic procedunt. Item ipsinati. quando conceperint sic pereuntur a sua fetura. sicut ergo uiperę. semper parentes comedunt et comeduntur apud illos sic et iudaei semper patres condemnant. et condemnantur a filiis suis. quomodo fugietis a iudicio gehennę. Num quid sepulchra sorum aedificantes. adiuuatur a malitia cordis aura mundan

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm8110/0172